



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

98. An infanti moribundo, quando confertur Baptismus, sit adhibenda  
Patrinus? Et in dicto casu, si quis materialiter teneat infantem, ideo  
Patrinus efficiatur? Et quid dicendum, si infantem teneat ex ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)



RESOL. XCVII.

An in privato Baptismo tempore necessitatis, sit adhibendus Patrinus, & an contrahat cognitionem spiritualem?

Et quid, si quis teneat talem infantem in dicto casu ex proposito, ut Patrinus munus obeat, an contrahat cognitionem spiritualem?

Et an improbanda sit consuetudo, secundum quam quibusdam in locis Catholici Patrinus existunt filiis Hæreticorum, baptizante illos Ministro hæretico in forma Sanctæ Trinitatis? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 18.

§. 1. **Q**Uoad primum affirmativè respondit Melechior Zambranus de cas. occur. tempore mortis, cap. 1. de Sacrament. Baptism. dub. 18. num. 17. quia esse patrinum non pertinet tantum ad solemnitatem, sed requiritur, ut sit, qui instruat baptizatum, & qui adjuvet ad ejus spiritualem regenerationem; deinde vix fieri potest Baptismus privatus, saltem in pueris, nisi sit qui illum teneat, quando abluatur, in Baptismo. Ergo credendum est, Ecclesiam universaliter sensisse, in omni Baptismo etiam privato requiri patrinum.

2. Sed ego puto nullum esse Ecclesie præceptum, ut in tali Baptismo patrinus adhibeatur. Et ita docent Sotus in 4. dist. 42. quest. 1. art. 1. Henriquez lib. 2. cap. 18. in fine. Suarez, Sanchez, Rodriguez, & alij. Et ratio est, quia cum in isto casu necessitatis, parentes ferè non possint idoneos eligere ad munus patrinus, incredibile non est, Ecclesiam talem eis obligationem imponere voluisse: & ideo licet aliquis in hoc casu materialiter teneat infantem, non ideo patrinus ejus efficitur.

3. Difficultas verò est, an si aliquis talem infantem teneat ex proposito, ut patrinus munus obeat, an contrahat cognitionem spiritualem? Affirmant Zambranus ubi supra num. 4. Navarrus in manual. cap. 22. n. 40. Coninch. de Sacram. disp. 32. dub. 2. concl. 2. Armilla ver. Matrimonium, n. 14. Suarez, Vivaldus, Sà, & alij.

4. Sed mihi contraria sententia videtur etiam probabilis, quam docet Sanchez de Matrimon. ten. 2. lib. 7. disput. 62. num. 15. Rodriguez, & alij. Notandum est tamen hæc obiter, non esse improbandam consuetudinem, secundum quam quibusdam in locis Catholici, patrinus existunt filiis Hæreticorum, baptizante illos ministro hæretico in forma SS. Trinitatis; & ita docet Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 2. cap. 89. n. 6. contra Azorium part. 1. lib. 8. cap. 11. §. 9.

RESOL. XCVIII.

An infanti moribundo, quando conferretur Baptismus, sit adhibendus Patrinus?

Et an in dicto casu, si quis materialiter teneat infantem, ideo Patrinus efficiatur?

Et quid dicendum, si infantem teneat ex proposito. Ut Patrinus munus obeat, an sit verus Patrinus, & cognitionem spiritualem contrahat, vel necessarium sit, ut Baptismus debeat esse sollemnis ad contrahendam dictam cognitionem spiritualem? Ex part. 5. tract. 3. Ref. 7.

F 2 §. 1. Respon

in prima in ut notat Hurtadus, de matrim. disp. 18. diff. 6. & alij, tamen si susceptor in Baptismo privato vellet munus Patrinus exercere, quia adhuc non exercet illud, qualiter ab Ecclesia præscribitur, ad cognitionem spiritualem contrahendam. Nec obstat quod iura statuentia impedimentum cognationis spiritualis, æquè de Baptismo sollemni, ac privato loquuntur, ut constat ex cap. 1. & fin. de cognat. spirituali in 6.

6. Etenim baptizatus privatum æquè indiget instructore, ac baptizatus sollemniter. Deinde baptizans privatum spiritualem cognitionem contrahit cum baptizato, ejusque patre, & matre: ergo similiter contrahere poterit susceptor in eo Baptismo. Ob has rationes hanc sententiam defendunt Navarrus Summ. capit. 23. num. 40. Agid. de Coninch. disp. 32. de matrim. n. 59. Basili. Ponce lib. 7. cap. 40. num. 5. Sed hæc non urgent, ut recedamus à communi sententia. Nam esto jura æquè de baptizante ac de suscipiente loquantur, quoad impedimentum cognationis, intelligi debet singula singulis tribuendo, de baptizante, quoties fuerit Baptismus, quia Baptismus sollemnis, & privatus formaliter, & in se ipsis non differunt, sed in cætemonibus extrinsecis, & accidentibus, ideoque baptizans, sive baptizet sollemniter, sive privatim, cognitionem spiritualem contrahit. At susceptor sollemnis, & privatus formaliter differunt, quia esse susceptorem habetur ex Ecclesie institutione; quæ de susceptore privato vix unquam contingente, mentionem non fecit, sed solum de susceptore sollemni, seu pro baptismo sollemniter facto.

7. Sed si aliquis hic inquirat, an Laicus in necessitate baptizans contrahat cognitionem? Respondeo affirmativè, quia verum Sacramentum confert, nec refert, quod ratione necessitatis teneatur ministrare, quia etiam Parochus tenetur ratione officij ministrare sollemniter, & nihilominus cognitionem contrahit. Sed obijcies parentes, qui in casu necessitatis proprios filios baptizant, non contrahunt cognitionem, quæ ulum matrimonij contracti impediatur, capit. ad limina. 33. quest. 1. ergo nec Laicus in necessitate baptizans contrahat cognitionem, quæ futurum matrimonium impediatur.

8. Respondeo negando consequentiam, & ratio discriminis est, quod in parente proprium filium, & uxoris in casu necessitatis baptizante, cognatio spiritualis, quæ ulum matrimonij jam contracti impediret, haberet rationem pœnæ, si quidem privaret illum potestate petendi debitum, ad quod habet jus in re ratione matrimonij, ideo speciali jure in dict. cap. ad limina, excipitur ille casus, & merito, quia consentaneum est rationi, ut propter observantiam præcepti non incurratur pœna aliqua, qualis esset expoliari proprio jure petendi debitum, at verò cognatio spiritualis ante matrimonium contracta, non habet rationem pœnæ, sed potius pertinet ad quoddam concordiam, & unitatis vinculum inter homines ratione cujus Ecclesia prohibuit matrimonium inter illos, ut charitas inter alios dilataretur, & ita potest optimè contrahi hæc cognatio, propter exercitium actus præcepti, sicut & contrahitur irregularitas à Judice, qui latronem suspendit, quamvis ad id ex officio teneatur, quia hujusmodi irregularitas, non inducitur in pœnam delicti, sed propter alias causas.

Tom. I.



Sup. hoc in §. 1. & 2. Ref. fol. 2. not. seq.

§. 1. **R**espondeo quod nullum est Ecclesia præceptum ut in tali Baptismo Patrinus adhibeatur. Ita Sotus in 4. dist. 42. q. 1. art. 1. Henricus lib. 2. cap. 18. in fin. Sanchez lib. 7. disput. 62. Suarez quest. 67. art. 8. Rodriguez & Zambranus. Cum enim in tali casu necessitatis parentes ferme non possunt viros idoneos eligere ad munus patris, credibile non est Ecclesiam talem eis obligationem imponere voluisse. Sed etsi aliquis in hoc casu materialiter teneat infantem baptizandum, non ideo patrinus ejus efficitur. Verum si aliquis in privato Baptismo infantem teneat ex proposito, ut patris munus obeat, verus patrinus efficitur, atque cognationem spirituales contrahit. Ita Coninch. de Sacrament. disput. 32. dub. 2. Resol. 97. §. conclus. 5. & Layman lib. 5. tract. 2. cap. 9. num. 5. qui citat Navarrum, Vivaldum, Armillam, Suarez, & Zambranum.

Sup. hoc supra in Ref. 96. §. 3. Notandum est hic obiter quod, & in Resol. 97. §. Difficultas, & in Resol. seq. §. Notandum, in fine, & seq.

2. Non desinam tamen hic adnotare id, quod alibi docuimus, nempe Sanchez de Matrim. tom. 2. lib. 7. disput. 62. num. 5. & alios docere, quod si verè & propriè in baptismo collato ex periculo mortis adhibeatur patrinus, & tenens velit munus susceptoris obire, adhuc non contrahit cognationem spirituales, cum non sit in potestate tenentis situm hanc cognationem contrahere, nisi petita ab Ecclesia serventur: at munus susceptoris non obitur propriè, nisi quando Baptismus est solemnissimus, ut docent Sotus, Gallegus, Emmanuel, Vega, & ipsemet Suarez. Nec obstat baptizantem in ea necessitate contrahere, quia baptizans confert verum Sacramentum: at qui sic tenet, vel suscipit, non dicitur propriè tenere, vel suscipere eo modo, quo ab Ecclesia statutum est. Susceptio enim est ceremonia ab Ecclesia instituta ad Baptismum solemmem, ac proinde solemnitate deficiente, deficit quoque vera susceptoris ratio. Vide etiam Granadum de Sacrament. in 3. part. controvers. 4. tr. 2. disput. 5. num. 4.

#### RESOL. XCIX.

An qui tenet infantem in Baptismo nomine alterius, contrahat ipse cognationem spirituales, vel ille, qui eum misit?  
 Et an dicta cognatio spiritualis contrahatur ex Baptismo, sive in Ecclesia, sive domi, sive cum ceremoniis, sive sine illis ministrato?  
 Et an, qui tunc assumuntur in Parrinos eandem contrahant cognationem, si prolem offerant ad Baptismum tanquam Patris, & ut tales ejus curam suscipiant?  
 Et quid, si quis non tetigit infantem in Baptismo, quamvis in Parrinum assumatur; quod idem est dicendum de Confirmatione?  
 Et quando post Baptismum domi collatum propter necessitatem, tunc quando solennes ceremonia in Ecclesia suppletur, aliquis adhibeatur, ut Patrinus; an in tali casu contrahat etiam aliquam propinquitatem?  
 Et quid de illo, qui adhiberetur, dum quis scienter, vel ignoranter rebaptizaretur? Ex p. 3. tract. 4. Resol. 2.

Sup. hoc supra in Ref. 96. §. Nota etiam.

§. 1. **I**psam procuratorem cognationem contrahere putant Sotus in 4. sent. dist. 42. q. 1. art. 2. prope finem. Toletus lib. 7. c. 8. n. 5. & alij.  
 2. Sed ego contrariam sententiam teneo, quia talis in tali casu non suo, sed alieno nomine tenet. Ergo patrinus non est, sed loco patris fungens, &

ita docent Sylvest. ver. Matrim. 8. q. 7. dicto 15. Emmanuel Sa de impedimentis matrimonij n. 5. verb. cum quis per procuratorem. Covarruvias, & alij quos citat, & sequitur Sanchez de Matrim. tom. 2. lib. 7. disput. 59. n. 2. quibus ego addo Sylvium in addit. ad 3. part. q. 56. art. 5. ad 4.

3. Imò ego puto probabiliter contra Layman in Theol. moral. lib. 5. tr. 10. part. 4. n. 5. Coninch. de Sacrament. disp. 32. dub. 2. n. 40. Rebellium p. 2. lib. 3. q. 6. n. 11. Philarchum de offic. Sacerd. tom. 1. lib. 2. c. 11. Emanuelem Sa citatum, Abbatem in c. veniens, n. 4. de cognat. Spir. & alios, neque ipsum principalem, qui legatum mittit, cognationem ullam contrahere. Et ita docet Covarruvias ubi supra, n. 6. Sanchez n. 4. Reginaldus in praxi tom. 2. lib. 3. c. 20. sent. 3. n. 156. & Villalob. in sum. tom. 1. tr. 14. diff. 9. n. 18. ubi sic asserit. [El Principe, que se hizo padrino de un infante por procurador, embiando qui en lo sea en su nombre, al tiempo que le baptizan, no contrae cognacion espiritual, porque no es verdaderamente padrino, porque no saca al niño de pila, ni le tiene quando le baptizan que es atto personal, ni basta hazerle por tercera persona, ni tampoco contrae este parentesco espiritual el procurador, porque en nombre del principe saca el niño de pila, porque esse no tiene intento de ser padrino, lo qual es necessario, como queda dicho.] Sed in tali casu principalem, qui procuratorem constituit, cognationem contrahere, magis probabiliter tenet novissime Basilius Pontius de matrim. lib. 7. c. 39. n. 10.

4. Notandum est tamen hic obiter, me conclusisse rectè his diebus contra Sotum in 4. dist. 42. q. 1. art. 2. & alios, quemdam non contraxisse cognationem spirituales, quia non tetigerat in Confirmatione infantem, quod etiam in Baptismo est dicendum; nam ad illam contrahendam requiritur contactus physiceus. Ita Sanchez, & Villalobos ubi supra. n. 9. qui etiam, n. 7. cum aliis docet contra Angelum verb. Matrim. n. 7. Lopez in instruct. p. 2. c. 51. & alios tenentes pueros in Baptismo in casu necessitatis extra Ecclesiam, cognationem supradictam non contrahere.

5. Non reticeam tamen. Sylvium in addit. ad 3. p. q. 56. art. 3. ad 1. putare, quod contrahitur propinquitas hæc ex Baptismo, sive domi, sive in Ecclesia, sive cum ceremoniis, sive sine illis ministrato, & qui tunc assumuntur in patris, eandem contrahunt, si prolem offerant ad Baptismum tanquam patris, & ut tales ejus curam suscipiant: si autem offerant, non ut patris, sed solum ut subservientes necessitati, probabile est quod nullam contrahant. Et similiter si post Baptismum domi propter necessitatem collatum, adhibeatur ut patrinus, tunc quando solennes ceremonia suppletur, nullam etiam contrahit propinquitatem, sicut nec ille, qui adhiberetur, dum quis, vel scienter, vel ignoranter rebaptizaretur. Ita Sylvius.

#### RESOL. C.

Qui in Ecclesia instar Patris tenuit puerum in domo jam baptizatum, queritur, an contraxerit impedimentum Catechismi non dirimens, sed impediens?  
 Et an hodie contrahatur hoc impedimentum, vel sublatum sit per Concilium Trid. sess. 22. c. 2. de reformat. matrim?  
 Et an Parochus in supra dicto casu debeat, & ad id teneatur scribere in libro, quod sint illi Patris in solo

Sup. hoc quod hic docetur, & in principio seq. §. Supra, in Ref. 96. §. 3. Notandum est hic obiter quod, & in Resol. 97. §. Difficultas, & in Resol. 98. §. 1. vers. Verum.

Sup. hoc magis late in Ref. seq. & pro contextu in duabus ultimis lin. hujus Ref. infra in Resol. 101. magis late.